

AÑO 35. Sábado 1.^o de Setiembre de 1888. N.^o 17.^o

†

BOLETÍN ECLESIÁSTICO

DEL OBISPADO DE

SALAMANCA.

DECRETUM.

URBIS ET ORBIS.

Diuturnis Ecclesiae acerbitatibus, ac temporum quotidie invalescente difficultate commotus, Sanctissimus Noster LEO PAPA XIII cunctos a sui Pontificatus exordiis ubique christianos excitare non destitit ad Deiparam Virginem Mariam sacri Rosarii ritu colendam atque implorandam. Inter cetera quae praeclare edocuit in sua prima de Rosario Encyclica (1 Septembr. 1883) ait: *Divini necessitas auxilii haud sane est hodie minor, quam cum magnus Dominicus, ad publica sananda vulnera, Marialis Rosarii usum invexit. Ille vero caelesti pervidit lamine, aetatis suae malis remedium nullum praesentius futurum, quam si hominis ad Christum, qui VIA, VERITAS ET VITA EST, salutis per Eum nobis partae crebra commenta-*